



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 76. Scriptores A catholici hoc anno mortui, eorum lucubrationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Theresiæ a Jesu & Illustrissimi Episcopi Sæc. XVIII.
 Hierapolitani Josephi a S. Maria Car- A. C. 1726.
 mel. Discal. VII. Joannes Mauras
 Presbyter Congregationis doctrinæ
 Christianæ, qui concinnavit Instructio-
 nes Christianas circa pericula luxus,
 & afflictiones præter carmen de indu-
 rato corde hominum.

§. LXXVI.

*Scriptores A catholicis hoc anno
 mortui.*

Ex Scriptoribus A catholicis hoc anno
 denatis præ ceteris celebre sibi no-
 men inter Literatos comparavit Isaac
 Newton, qui animi sui vi, & Mathe-
 sis ope primus plurima peruestigavit,
 quæ nemo ante vel suspicatus erat:
 Scripsit equidem quam plurima, sin-
 gula vero, utpote mere philosophica,
 ad instituti nostri rationem non perti-
 nent: silentio tamen præterire non
 licet ejus reformatam veterum Regno-
 rum chronologiam, necnon reflexiones
 in Prophetiam Danielis, atque in Apo-
 calypsin S. Joannis. II. Joannes An-
 dreas Schmid, qui in publicam lucem
 emisit arcana Dominationis in rebus
 gestis Oliverii Cromwellii, antiquitates
 Macedonicas, Trigam exercitationum
 de Missa sacra &c. de Eucharistia mor-
Hist. Eccles. Tom. LXXII. D d tuo

Sæc. XVIII.
A. C. 1726.

tuorum, de Altaribus portatilibus, de Primitivæ Ecclesiæ Lectoribus, de Baptismo per Arenam, de Sudariis Christi, de Omophorio Episcoporum Græcorum, de re monetali Hebræorum, de Pseudo - Evangelio æterno. De Puerio Athanasio Baptifante, de Bibliothecis Eremitarum veterum præter quamplurima. III. Joannes Feller, qui imprimi curavit monumenta varia inedita variisque linguis conscripta, genealogiam & Historiam Brunsvico - Luneburgicæ Domus, & otium Hannoveranum sive miscellanea ad Historiam Brunsvicensem, & Historiam Saxoniorum Heroum. IV. Daniel Whitby, qui elucubravît tractatum de certitudine Religionis Christianæ & de resurrectione Christi, Paraphrasin in N. T. de necessitate ac utilitate Christianarum revelationum, examen variantium lectionum N. T. tractatum de vera Christi Deitate adversus Arii & Socini hæreses præter alia scripta contra Catholicos, in quibus tamen parum soliditatis & plurimum indecoræ dicacitatis reperitur.



HISTO-